

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio ak
cum fonte primo

Qui ad confessionem sanctitatis
pretendit ut aliis quandoque preesse
desideret, iste non est discipulus Christi,
sed prauitatis sectator existit quia non
pro Deo, sed seculi honore
studet portare crucis laborem.

Ysidorus de summo bono libro III.

Qui ad hoc conuersionem sanctitatis
praetendit, ut aliis quandoque praeesse
desideret, iste non discipulus Christi,
sed prauitatis sectator existit, quia non
pro Deo, sed pro saeculi honore
portare studet crucis Christi laborem.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3, 20, 3
(CCSL 111, P. Cazier ed., p.249, ll.18-
22).